

*Avezzani ad lacum Fucinum, prope Albam Fuentem (I 1172. IX 5907; Ritschl tab. LXXVII l). — 1) Videntur significari milites Africani iam Albae consistentes, antea Caecilianis, sive haec fuerunt castra Caecilia in Lusitania (Plin. h. n. 4, 147 cf. C. II p. 82), sive alia eius nominis in ipsa Africa sita (Mo.).*

---

**2490** Q. Anchari | C. f. Pol.<sup>1</sup> | Narbones.<sup>2</sup>, eques, | evocatus<sup>3</sup>, annor. | nat. XXIII, ala | Scaevae.<sup>4</sup>

*Traetti, ubi fuerunt Minturnae (X 6011 vidit Mommsen). — 1) Nota tribum Polliam hominis Narbonensis, cum plerumque Narbonenses censerentur in Papiria. Cf. Kubitschek imp. Rom. p. 240. — 2) Cf. supra N. 2249. — 3) Fortasse miles Caesarianus, ut evocatus is qui est supra N. 2225 (cf. Mo. eph. ep. 5 p. 142 not. 4). — 4) Alam nomen habuisse a M. Caesio Scaeva centurione eximiae fortitudinis in exercitu C. Caesaris (Caes. b. civ. 5, 55; Valer. Max. 5, 2, 23) coniecit Mommsen l. c.*

---

**2491 . . . . .** [Neronis Claudi | Cae]sar is Aug. Ger. im[p.], L. An]tistio Veter[e] leg. A[ug. | pr]o [pr.] Q. V[o]lusio Satur|pin[o] et Corn. Sc[i]p. cos.<sup>1</sup>, | ala Ga[llo]r. Petriana<sup>2</sup> per | C. Iulium Augurinum | praefectum.<sup>3</sup>

*Moguntiaci (Korrespondenzblatt der Westd. Zeitschr. 5, 1884 p. 52 cf. eph. ep. 5 p. 171 not. 2 Mommsen vidit ectypum). — 1) A. 56. — 2) Ala Petriana memoratur a Tacito hist. 4, 70. 4, 49; ex illo loco apparet, eam etiam a. 69 castra habuisse in Germania superiore. Postea fuit in Britannia, teste diplomate a. 124 (fortasse etiam diplomate a. 98, cf. Eph. ep. 5, 251) et titulis nonnullis Britannicis (quibus titulus Eph. ep. 7, 960 non videtur adnumerandus esse), item Notitia dign. occ. c. 58 p. 444 B. Ala Petriana milliaria civium Romanorum bis torquata appellatur in titulo praefecti infra N. 2728, ala Augusta Petriana torquata milliaria civium Romanorum C. VII 929. — 3) Iulius Augurinus, eques Romanus, particeps coniurationis in Neronem a. 65 (Tac. ann. 45, 50), fortasse idem est.*

---

**2492** imp. Caesari divi | Hadriani fil., div. Tr. | nepo., Tito Ael. Hadriano Antonino Aug. | Pio pontif. maximo | p. p., consul. III, tribun. | pot. III<sup>1</sup>, ala I singular. | p. f. c. R.<sup>2</sup>

*Biburg prope Pförting vicum, qui est ad Danuvium inter Ingolstadt et Regensburg (III 5942 cf. Eph. ep. 4, 619 vidit Ohlenschlager). — 1) A. 441. — 2) Ala prima singularium pia fidelis civium Romanorum enumeratur inter alas exercitus Raetici tam a. 107 (supra N. 2002), quam a. 166 (dipl. LXI, Eph. 2 p. 462); antea fuerat in Germania superiore, teste diplomate anni 90 (supra N. 4998). Haec est nisi fallor ala singularium, quam 'excitam a Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressam' memorat Tacitus hist. 4, 70. Apparet cognomen Flaviae, quod tribuitur ei in diplomate anni 166, ut et cognomina piae fidelis, ei data esse a Vespasiano ipsis imperii initiosis.*

---

**2493** imp. Caesari | L. Septimio | Severo Pio | Pertinaci | Aug. Arab. Adia[b.] | Parth. maxim., | trib. potest. | VIII<sup>1</sup>, imp. XI, cos. III, | p. p., p[ro]cos., | eq. alae I Aug. | Parth. | Antoninia[n]ae.<sup>2</sup>

*In Mauretaniae loco dicto Sidi Ali ben Yub (VIII 9827 vidit Wilmanns). Una repertus est similis titulus Caracallae (VIII 9828). — 1) A. 201. — 2) Propter*